UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvtatæ Dicvntvr, & Quæstiones Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum verbum sit eorum, quæ non sunt, nec erunt, nec fuerunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-72780

Visual Library

¶ 3 Præt. Illud quod eſt veriſſimum in vnoquoq; genere, eſt mēſura totius generis: ſed ſimilitudines rerū in verbo exiſtētes ſunt mēſuræ veritatis in rebus omnibus, quia ſm hoc res aliqua dicitur vera, ſecū dum ꝙ imitatur exemplar ſuum quod eſt in verbo. ergo res verius ſunt in verbo quàm in ſeipſis.

p. 1. declinā do ad finem illius.

RESPON. Dicendum, quòd ſicut dicit Diony. 2. cap. de diui. nomi. cauſata deficiunt ab imitatione ſuarum cauſarum, quæ eis ſupercollocantur, & pp̄ iſtam diſtantiam cauſæ a cauſato aliquid vere p̄dicatur de cauſato quod non prædicatur de cauſa, ſicut patet ꝙ delectationes nō dicuntur delectari, quàmuis ſint nobis cauſæ delectandi, quod quidem non contingit, niſi quia modus cauſarum eſt ſublimior quàm ea quæ de effectibus prædicantur, & hoc inuenimus in omnibus cauſis æquiuoce agentibus, ſicut Sol nō pōt dici calidus, quàmuis ab eo alia caleſiant, qđ eſt pp̄ ipſius ſolis eminentiam ad ea quæ calida dicūtur. Cū ergo quęritur utrum res uerius ſint in ſeipſis, quā in verbo, diſtinguendum eſt, quia ly verius, pōt deſignare vel veritatem rei, vel veritatem p̄dicationis: ſi deſignet veritatē rei, ſic proculdubio maior eſt ueritas rerum in uerbo, quā in ſeipſis. Si autem deſignetur veritas prædicationis, ſic eſt econuerſo: verius. n. prædicatur homo de re prout eſt in propria natura, quam de ea ſecundum quod eſt in verbo: nec hoc eſt propter defectum verbi: ſed propter ſupereminentiam ipſius, ut dictum eſt.

In corp. art.

AD PRIMVM ergo dicēdum, quòd ſi intelligatur de ueritate prædicationis, ſimpliciter uerum eſt, ꝙ uerius eſt aliquid ubi eſt per eſſentiā, quam ubi eſt per ſimilitudinem: ſed ſi intelligatur de ueritate rei, tūc uerius eſt ubi eſt per ſimilitudinem quæ eſt cauſa rei, minus autem uere, ubi eſt per ſimilitudinem cauſatam a re.

AD SECVNDVM dicendum, quòd ſimilitudo rei quæ eſt in anima noſtra, non eſt cauſa rei, ſicut ſimilitudo rerum in verbo, & ideo non eſt ſimile.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ potentia actiua perfectior eſt quam actus qui eſt eius effectus, & hoc modo creaturæ dicuntur eſſe in potentia in uerbo.

AD QVARTVM dicendum, quod quàmuis creaturæ in uerbo non habeant proprias operationes, habent tamen operationes nobiliores, inquantū ſunt effectiuæ rerum & operationum ipſarum.

AD QVINTVM dicendū, quòd quàmuis non ſint unius rationis, eſſe creaturarum in uerbo & in ſeipſis ſecundum uniuocationem, ſunt tamen aliquo modo unius rationis ſcilicet ſecūdum analogiam.

¶ Ad id uero quod primo in contrarium obijcitur, dicendum, quod ratio illa procedit de ueritate rei, non autem prædicationis.

AD SECVNDVM dicendum, quòd Plato in hoc reprehenditur, quòd poſuit formas naturales ſecundum propriam rationem, eſſe præter materiam, ac ſi materia accidentaliter ſe haberet ad ſpecies naturales: & ſecundum hoc ſpecies naturales, uere prædicari poſſent de his, quæ ſunt ſine materia: nos autem hoc non ponimus. & ideo non eſt ſimile.

AD TERTIVM dicendum, ſicut ad primum.

ARTICVLVS VII.

Vtrum eorum quæ non ſunt, nec erunt, nec fuerunt uerbum ſit.

1. p. q. 34. ar. 3. ad 3.

SEPTIMO quæritur, utrū uerbū ſit eorū q̄ non ſunt, nec erunt, nec fuerunt. Et vr̄ quod ſic: uerbum enim importat aliquid progrediens ab intellectu: ſed intellectus diuinus eſt etiam de eis quę nec

E ſunt, nec erunt, nec fuerūt, vt in quæſtione de Scientia Dei dictum eſt. ergo verbum de his eſſe poteſt.

¶ 2 Præt. Secundum Aug. lib. 6. de Trinit. filius eſt ars patris plena rationum viuentium. ſed ſicut dicit Aug. in lib. 83. Quæſt. Ratio, etſi per illam nihil fiat, recte ratio dicitur. ergo verbum eſt etiam eorum quæ nec erunt, nec facta ſunt.

¶ 3 Præt. Verbum non eſſet perfectum, niſi contineret in ſe omnia, quæ ſunt in ſcientia dicentis: ſed in ſcientia patris dicentis, ſunt ea quæ numquam erunt, nec facta ſunt. ergo & iſta erunt in verbo.

SED CONTRA, eſt qđ Anſel. dicit in Monol. eius qđ nec eſt, nec erit, nec fuit, nullū verbū eſſe pōt.

¶ 2 Præt. Hoc ad virtutē dicentis pertinet, vt quicquid dicit fiat: ſed Deus eſt potentiſſimus. ergo verbum G eius non eſt de aliquo, quod non aliquando fiat.

RESPON. Dicendum, quòd aliquid poteſt eſſe duppliciter in verbo. Vno modo, ſicut id, quod verbū cognoſcit, vel quod in verbo cognoſci poteſt, & ſic in verbo eſt etiā illud, quod nec eſt, nec fuit nec futurum eſt, quia hoc cognoſcit verbum, ſicut & pater, & in verbo etiam cognoſci poteſt, ſicut & in patre. Alio modo dr̄ eſſe aliquid in verbo, ſicut id, quod per verbū dr̄: omne autem, quod aliquo verbo dr̄, ordinatur quodammodo ad executionem, quia verbo inſtigamus alios ad agendum, & ordinamus aliquos ad exequendū id, quod in mente cōcipimus, vnde etiā dicere Dei diſpoſitio ipſius eſt, ut patet per glo. ſuper illud Pſal. 61. Semel locutus eſt Deus &c. Vn̄ ſicut Deus nō diſponit niſi q̄ ſunt, vel H erunt, vel fuerunt, ita nec dicit: vnde verbū eſt horū tantū, ſicut ipſorum dictorum, ſcientia autē & ars, & idea, vel ratio, non important ordinem ad aliquam executionem, & ideo non eſt ſimile de eis & de verbo, & per hoc patet reſponſio ad obiecta.

Com. mo 1.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum omne quod factum eſt, ſit vita in verbo.

OCTAVO quæritur, vtrum omne, quod factum eſt, ſit vita in verbo. Et videtur quod non, quia ſecundum hoc verbum eſt cauſa rerum, quod res ſunt in ipſo. ſi ergo res in verbo ſunt vita, verbum cauſat res per modum vitæ: ſed ex hoc quod cauſat res per modum bonitatis, ſequitur quod om-I nia ſint bona. ergo ex hoc quod cauſat res per modum vitæ, ſequetur quod omnia ſint viua, quod falſum eſt. ergo & primum.

¶ 2 Præt. Res ſunt in verbo, ſicut artificiata apud artificē: ſed artificiata in artifice non ſunt vita, non n. ipſius artificis vita ſunt, qui viuebat etiam antequā artificiata in ipſo eſſent, neque artificiatorum quæ vita carent. ergo nec creaturæ in verbo ſunt vita.

Aug. tract. in Ioann. ante med. & fine. co

¶ 3 Præt. Efficientia vitæ, magis appropriatur in ſcriptura Spirituiſancto, quam verbo, vt patet Ioan. 6. Spiritus eſt qui viuificat & in pluribus alijs locis: ſed verbum non dicitur de Spirituſancto, ſed de filio K tantum, vt ex dictis patet. ergo nec conuenienter dicitur, quod res in uerbo ſunt uita.

¶ 4 Præt. Lux intellectualis eſt principium uitæ: ſed res in uerbo non ſunt lux. ergo uidetur, quod in eo non ſunt uita.

In corp. art.

SED CONTRA, eſt quod dicitur Ioan. 1. Quod factum eſt in ipſo &c.

¶ 2 Præt. Secundum Philo. in 8. Phyſic. motus cœli dicitur uita quædam omnibus natura exiſtentibus: ſed magis influit uerbum in creaturis, quam motus cœli in naturam. ergo res ſecundum quod ſunt in uerbo, debent dici uita.

RESPON.